



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,  
Explanatio Catechismi Catholici**

**Macherentinus, Johannes**

**Colon., 1612**

Quid orandu[m], cum aspergimus nos aqua benedicta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39397**

est dubium mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quam peccata eorum meruerunt: hoc enim à patribus traditum vniuersa tenet Ecclesia: Chrysoftomus. Non temere ab Apostolis hæc sancita fuerunt, vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam.

Ho 32. in  
Math 69 ad po-  
pu. Anst-  
och.

*Oratio dicenda dum per cœmeterium  
itur.*

**O** Fideles animæ quorum corpora hic & vbiq; in dulcissimo nomine IESV quiescunt, gratiam suam vobis impertiatur Deus Pater, redimat vos Deus filius, consoletur vos Deus Spiritus Sanctus: vestri misereatur Maria, intercedant pro vobis omnes cœli ciues. Orate & vos fideles animæ pro me misero peccatore, Amen.

*Pro viujs & defunctis sæpè dicenda.*

**D**A Domine requiem defunctis, pacem viujs, peccatoribus veniam & vitam æternam, Amen.

*Cum accipis aquam benedictam.*

**L**AVA me Domine ab iniquitate mea, munda me Domine IESV à peccatis meis, qui me pretioso sanguine tuo redimere, & per sacrum Baptisma abluere & saluare dignatus es, Amen.

Rr 3 Rem